

chiffrés, dont le dernier blanc. Marque de la Propagande sur le titre, lequel est encadré d'un double filet. Très rare. Un exemplaire est coté 8 fr. dans le *Catalogue LXVII* de Silvio Bocca (Rome, 1890, in-8°), sous le n° 3991 et un autre 10 fr. sous le n° 3995.

La matière de ce volume avait été réunie et préparée par LÉON ALLATIUS; mais, ayant confié ses documents à Horace Giustiniani, celui-ci eut la mauvaise foi de les publier comme son œuvre personnelle. Léon Allatius s'est amèrement plaint de cet acte d'indélicatesse dans ses *Exercitationes in Roberti Creyghtoni Apparatum* (Rome, 1665, in-4°), où il s'exprime ainsi (pages 71-72) :

« Acta eiusdem S. œcumenici Concilii Florentini a recentissimo quodam postmodum collecta sunt, in quibus, præter paucas notas et disputationes et collationes inter Latinos et Græcos in Concilio habitas et ab Andrea Sancta-Crucio, patricio romano et apostolici consistorii advocato, conscriptas in modum dialogi cum Ludovico Pontano, reliqua fere omnia ex meis schedis, in quibus pleraque tum e Vaticano Archivo, tum Bibliothecis romanis, magnis impensis et labore improbo, excerpseram, eo scopo ut aliquando dicta Acta, meis additionibus et notis illustrata et in meliorem aspectum concinnata, sicuti tabulas utcunque pictas in bono lumine exponerem, desumpta sunt. Laborem cum illi communicassem, statim de edendo illo Concilio occasionem arripuit, et schedas illas et quæ in illis continebantur uti sua publicavit atque divendidit, indignum ratus, si, per quem profecerat, decantaret. Non mentior. Schedas ipsas ab eodem, dum illas lectitaret multis in locis manu sua interpolatas, ad perpetuam rei memoriam in Bibliotheca Vaticana, absolutis hisce *Exercitationibus* reponam. Testimonium tribuent et *Apes meæ Urbanæ*, anno 1633, Romæ editæ, apud Ludovicum Grignanum, in 8°, in quibus hunc meum laborem lectoribus hisce verbis insinuo<sup>1</sup> : *Conciliorum Ferrariensis et Florentini Acta notis et animadversionibus illustrata*, antequam ipse de edendis Actis Concilii vel minimum cogitasset; cum illa postea ediderit anno 1638. Sed non fuere funesta omnia omina. Nanque, cum casum prospicerem et ingenium hominis apprime cognoscerem, non universa communicavi. Quare quæ recens collector edidit et quæ mihi reservaveram, post has meas *Exercitationes*, ut expletam omnibus suis partibus et membris, uti fieri potest, Florentini Concilii historiam habeas, una simul construam, ut hinc videas. Creyghtone, etiam ex pontificiis et Græcis ipsis multos insudasse ad Acta huiusce Concilii e tenebris

1. Page 178.

